



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Promoemivm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](#)



IO. BAPTISTÆ  
PORTÆ NEAPOLITA-  
NI, MAGIÆ NATVRALIS  
LIBER DECIMVS,

Distillat, distillata ad fastigia vitium sustollit.

PRO O E M I V M .

**I** AM ad artes deuentum est, & à distillatione duximus sumendum initium, neotericorum inuentum, res mira, ultra mortalem sororem laudanda, non qua à sciolis, & vulgaribus usurpari solet, nam verum esse corrumpunt, destruuntq; sed à causarum gnaris pertractata. Docet enim hæc ars admirabilis, ut grauia corpora siant spiritus, & subliment, & spiritus crassescant, ac corpora euadant. Rerum vires, quæ mole obruta, conculcatæ, suis veluti in loculis delitescentes puriores, tenuiores, & absq; vlla impurioris materiæ accessione è plantis, metallis, lapidibus, & gemmis elicere, easq; veluti non sua sorte contentas, nobiliores in sublime educere, ac veluti in cœlum sus tollere, poterimus chymisticis organis platarum virtutes inuestigare, & melius quam veteres gustu. Quid igitur maius poterit excogitari? Naturæ est res producere, ac viribus detare, artis est productas

nobilitare, ac multiplicibus viribus dicare. Accedit  
lector q̄i loquāt̄, ac Naturæ secretorum perscruta-  
tor, nam distillationes haudquam inglorius tra-  
etabit. Primo aquas, & olea extrahemus, mox se-  
tincturas, elixires, sales, & eiusmodi similia. Misce  
quodammodo in elementa dissoluere, ac singula pri-  
riora reddere, varias, & aduersantes, suas facultates  
separare, & elicere, vt ex voto vti possumus, aliqui  
quaesisse, & nouisse non paenitebit.

*Distillatio quid, quotplex, & quid per eam inten-  
damus. C A P. I.*

**V**T RVM distillatio eruditæ vetustati cognita fu-  
rit, decernere nihil moror, alio tamen artificio,  
quam nunc utimur, apud Dioscoridem fasile  
gere, inquit, Epice oleum, quod picinum appellatur,  
parata parte aquosa, innatæ hæc, vt in lacte serum. Ex media  
cipitur, dum coquitur pix velleribus puris, super hal-  
lum eius expansis, & quum illa permaduerint, expelli & in in-  
vas, atque hoc fit, quam diu pix excoquitur. Geber in p. b.  
definit eam. Distillatio est vaporum aqueorum in finex am-  
vase eleuatio: verum vera diffinitione alibi dicitur. Triplodi-  
plicem statuit diffinitionem per ascensum, per deces-  
sum, & per laciniam. Sed id simulare non possum, in  
distillationum species laciniam interponi. Nos di-  
mus per ascensum, descensum, & per inclinationem  
scilicet inter utrumque medium quæ valde necessaria  
est: dum enim res ascensioni contumax, vt ascendere  
discat, inclinamus paulatim eleuando, dum tenuior  
scansilis euadat. Distillandi dogma tale erit. Vas primi  
paretur vitreum, vel æneum, plerunque turbinatum, in  
pyri formam, & cucurbitæ instar vtero turgescens, su-  
pra vas accommodetur pilei instar, in vtero subieci-  
tis collum recipiens, pileum infra circumambit can-  
ulis, ex quo rostrum foras eminet. Huic aliud vas subdi-  
etur, ab recipiendo injecto latice receptaculum dictum  
Ott.